



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Refutatio Accusatoris Anonymi Damnatas ab Innocentio  
XI. Propositiones adscribentis Ordinum Religiosorum  
Theologis ac præcipuè Societatis Jesu**

**Estrix, Aegidius**

**Moguntiæ, 1679**

Propositio X. Non tenemur proximum diligere actu intero & formali.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42472**

adnotatiunculis ad has propositiones tot im  
posturis mihi notum.

## PROPOSITIO X.

**N**on tenemur proximum diligere actu intern  
& formaliter.

## PROPOSITIO XI.

**P**ræcepto proximum diligendi satisfacere pos  
sumus per solos actus externos.

Harum propositionum autores citat Jesu  
tas Lovanienses in suis Thesibus ad disputatio  
nem propositis.

Theses illas vidisse potuit accusator : an in  
tellecerit nescio. Ego scio , me identidem  
Theses istius generis & à Jesuitis , & ab aliis  
quibus parcit odio Jesuitarum , sic audisse de  
fendi , ut aliud sibi non vellent illi Theologi  
quam dari quidem præceptum speciale exhibendi  
proximo quædam officia ; legem tamen illam  
non obligare ad specialem amorem internum ;  
quod ipsum suis Thesibus identidem expre  
sunt ; ut quæstio præscinderet , ex quo alio  
motivo deberent proximo exhiberi illa officia ;  
an scilicet ex motivo charitatis erga Deum  
aliove honesto fine. Nam certe quidem reban  
tur , præcepto caritatis erga proximum sa  
tisfacturum , qui pauperi eleemosynam largi  
retur ex purissimo Dei amore ; ita ut alias  
proximi amor specialis non interveniret præter  
hunc